



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1903.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll N20 [This Roll was previously named Y.]

Roll N20 [previously Y] (recto)

Part 1 [Thursday] 24 May 1685

Manerium de dulwich i685

Y

1685

Curia visus franci plegij Cum curia baronum ibidem tenta vicesimo quarto die Maij ----
anno primo regni regis Jacobi secundi dei gratia Angliæ Scotie francie et Hibernie Regis &
Annoque Domini i685 , coram Lanceloto Johnson Armigero Seneschallo ibidem .

Juratores pro domino Rege Johannes Siston, Johannes Starky Johannes Bowden
Thomas Cranwell Thomas Wrench, David Playne[sic, Payne] Robert Budder Grevill Lewis,
Johannes Rosington, Johannes Hamond Senior, Edmond Terry Robert Maxwell Willelmus
Marlow Daniell Wood Johannem Perry Edward Stone Richard Chitty Johannes
Scrivener . Johannes Watkins 3^s 4^d. Richardus Perry 3^s 4^d. / Willelmus Hix 3^s 4^d. / ---
[Edwardus] Harwood 3^s 4^d. / Jacobus Ireland 4^d. / Simon Hewett 6^d. / Robertus Holmes 6^d. /
Johannes Goodman 6^d. / sunt residentes infra precinctum huius VISUS franci plegij p^{re}dicti
et ad hunc diem fecerunt defaultam . Ideo quilibet eorum in misericordia prout patet in capitibus .

Item presentant quod Richardus Strange yeoman recepit et hospitavit quasdam
personas ut inmates per unum mensem ante datum curie hujus . /

Item presentantⁿ quod Nathaniell Nelham yeoman recepit et hospitavit ---
quasdam personas ut inmates per unum mensem ante datum huius curie . /

Item presentant quod [blank] Lee vidua hospitavit et recepit quasdam
personas ut inmates contra formam Statuti . Ideo ordinatum est quod

amoveant les Inmates infra unum mensem sub pena decem solidorum
pro quolibet mense .

Item eligerunt .

}	Daniell Wood	Constabularium	
	Richardus Chitty	}	Headboroughes .
	Richardus Strange		
	Thomam Vereor	Aleconner .	

Nunc sequitur de curia Baronum

Part 2

[Tuesday] 29 May 1685

Manerium de dulwich i685 .

Curia Baronum ibidem tenta vicesimo nono die Maij Anno regni Regis
Jacobi secundi dei gratia Anglie Scocie francie et Hibernie Regis &c primo
coram Lanceloto Johnson Armigero Seneschallo ibidem .

Homagium. } Robertus Thompson Armiger
 } Anthonius Bennett
 } Rachell Bennett .

Homagium presentat super Sacramentum suum quod Johannes Hathway de
parochia sancti Salvatoris Southwarke plumber unus customariorum tenentium
huius Manerij qui tenuit sibi et heredibus suis secundum consuetudinem Manerij
p^redicti unum messuagium sive tenementum et pomarium Anglice an Orchard ---
customarium iacentem in Dulwich predicto in Comitatu Surry proxime domo & pomario
Magistri. Guardiani, Sociorum fratrum sororum et Scoliarium Collegij de Dulwich modo vel ---
nuper in tenuta de Bathsheba Sheppard vidue ex parte occidentali et Commune de ---

Dulwich infra Manerium p^{re}dictum de parte boreali . AC etiam unum clausum terre ---
custumarium eidem messuagio et pomario adjacentem continentem per estimacionem duas
acras sive plus sive minus. vicesimo secundo Octobris ultime p^{re}terito sursum reddidit
in manus dominorum Manerij p^{re}dicti per manus Seneschalli secundum consuetudinem manerij p^{re}dicti
Omnia sua custumaria terras et tenementa tenta de hoc Manerio Ad opus
et usus ultime sue voluntatis in scriptis et quod eodem die condidit ultimam voluntatem
suam in scriptis et per eandem devisavit tenementum et terras p^{re}dictas Georgio Righton
Nepoti suo et heredibus suis et postea obiit . Modo ad hanc curiam venit predictus
Georgius Righton et humiliter supplicavit se admitti tenentem ad p^{re}missa predicta
Cui Domini Manerij p^{re}dicti per Seneschallum suum p^{re}dictum concesserunt inde seisinam per virgam
habendum et tenendum premissa predicta p^{re}fato Georgio Righton et heredibus suis per
redditus servitia et consuetudines inde prius debita et de iure consueta et dat dominis
de fine prout patet in capitæ & admissus est inde tenens . et fecit dominis fidelitatem . /

finis [blank]

Examinatur per



Seneschallum ibidem .

End of N20 [previously Y] (recto). N20 [previously Y] (verso) is entirely blank.]

[End of Roll N20 [previously Y].]